

noua aetione agere debet, puta vili exempto, post Petrum Surdum, Gratianum, Fabium, Anna, Felicianum & Solis, Castellum & alios abunde diximus, & probauimus in tractatu de Regia protecl. 4. part. cap. 7. à num. 160. cum sequentibus.

Multò minus contra ipsum creditorem habita rei addicte possessione lis ipsa, & actio prima dnrare dicitur, ac per consequens coram Iudice suo Ordinario hac noua aetione hócque nouo Iudicio conueniri debet, cum noua egeat instantia, & nouis terminis, ac defensionibus: quapropter omnino per Senatum ad Ordinarium remittenda, quo iure quidem quotidie vtmur in hoc Supremo Regio Consilio, quoties ab eo protectio hæc Consilij postulat.

Ex his fundamentis, eorumque principali doctrina inferuntur, 1. quod si executoriales expendantur in Rota, vel litteræ Apostolicæ dentur alicui Delegato commissæ, vt alicui prouisoriatradat possessionem beneficij, alteriusve rei, aut iuris, si facta iam actuali earumdem executione, illarumque virtute victor, aut prouisus habuerit possessionem pacificam, si ab aliquo tertio fuerit turbatus, aut spoliatus, nullatenus poterit executor ipse virtute executorialium, aut litterarum Apostolicarum ipsum restituere, nec manutene, cum hæc sit noua causa, & nouum à priori diuersum Iudicium, quod omnino, siue in possessione, siue in proprietate debet remitti ad Ordinarium, ad quem huius causæ cognitio actiue, & passiuè omnimodo pertinet, cum Delegati Iudicis iurisdiclio iam fuerit extincta, & finita post peractam executionem. Elegans est decisio Cassiadorijs decis. 1. de restit. spoliat. Rota per Iacobum Caballerium in decis. 347. n. 1. & 2. Vbi quod statim expirant potestas Iudicis Delegati, & executoris, & fuisse ita decisum per Rotam in vna Casalenf. Canonica. 22. Ianuarij 1605. coram Reber. Arreuat. & in alia Ferrariens. bonorum 19. Ianuarij coram Dunazeto, testatur Caballerius ibidem, num. 2.

Et per Ioannem Andream in cap. pro illorum de prebendis, & dignitat. & Abbatem, Stapulium de litteris & gratia, titulo de vi, & effectibus, §. significat. clausula inducentes, n. 3. & per cap. in litteris, de officio Delegat. tenet Nicol. Gatea de beneficijs 6. p. cap. 2. à num. 154. & sup. à n. 151. Quod si aliquandiu inductus in possessionem pacificè possideat; expirat Iudicis Delegati potestas, ne fiat præiudicium Iudici Ordinario, ad quem pro controuersia mota inducto & prouiso, & noniter facta recurrendum sit, referetque eundem Ioannem Andream sic audiuisse Curiam tenere, sitmantem, nisi in continenti post factam executionem in possessione turbetur missus, secundum Ioannem, & Abbatem, n. 6. Felinus 20. vers. 2. in cap. quarenti. de officio Delegati. Et ita procedunt, quando scilicet in continenti turbatus est missus, quæ Nos latissimè disputauimus, & resoluimus in tract. de Regia protecl. 4. p. cap. 14. à num. 217. cum multis segg. Vbi quando in continenti ab ipso condemnato turbatus, vel spoliatus possessor immittitur; de quo etiam Barbosa in collect. ad e. quarent. n. fin. de officio Deleg.

Sicut etiam quando post factam executionem, & possessionis traditionem virtute litterarum Apostolicarum, quis vellet mouere controuersiam super re, vel beneficio iam possesso, nam tunc tertius iste comparens non coram Iudice eodem Delegato, qui missionem realem fecit

coram Ordinario, ad quem debet recurrere, tenetur actionem, & ius suum deducere, & contra possidentem agere; etenim ad audiendum huiusmodi nouum contradictorem, executoris Delegati potestas expirauit, cum sit noua actio, & nouum Iudicium, vt in terminis ex hac ratione tenet Nicol. Gatea, de beneficijs 6. p. c. 2. à n. 145.

Et ratione probatur; nam cum litteræ Apostolicæ dentur ad immittendum in possessionem, & post immisionem, cessat potestas, & iurisdiclio, atque commissio, sicut & cessat ius prouisi, qui iam semel missus fuit, etiam si ab ea cederit, & spoliatur, vt post Alexand. conf. 138. viso puzto. num. 2. & 3. lib. 5. Anchar. conf. 189. num. 6. vers. Præterea posteo, Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 1. lit. E. concl. 493. à n. 9. cum segg. Nos de Regia protecl. 4. p. cap. 14. n. 224. Quia immisio non competit amplius iam possessori, licet à possessione ceciderit, latè Castillo controuerf. cap. 24. n. 25. rom. 3. Alexand. Ludouif. decis. 46. n. 3. & segg. & decis. 200. à n. 3. Nec virtute earumdem litterarum semel 1. executioni traditarum agit missus patiens controuersiam, quia expirauit via executiua, & ordinaria agendum erit, Felin. in cap. quarenti, n. 10. vbi in fine, dicit commun. Rota apud Seraph. decis. 162. ex n. 4. Quare pro qualibet turbatione, & controuersia actiua, & passiuè peracta iam executione debet ad Ordinarium recurri, ne lædatur dispositio Tridentini, in d. cap. 20. sess. 24. de reformatione, præseruans primam instantiam Ordinario, & ita probat Nicolaus Garcia de beneficijs. 6. p. cap. 2. num. 154. & segg.

Et in his, in quibus versamur terminis, idem probat Ioannes Aloyfius Riccius in practic. Aurea, resolution. 299. in hæc: Exectores 1. gratiæ cum clausula (Inducens, & defendentes, &c.) non solum habet iurisdiclionem ad ponendum in possessionem beneficij impetrantem, & ad faciendum ei respondere de fructibus; sed etiam ad defendendum eum post immisionem, si ab aliquo tertio molestarerur, vt per text. & ibi Abb. & Felin. in cap. quarenti, de officio Delegati, num. 10.

In Gallia tamen hæc conclusio non practicatur, & quia facta executione executor functus est munere suo, & postea iurisdiclio Ordinarium est, etiam quoad turbationem in possessione; nam turbatus coram Ordinario conqueri debet, per concordata supra allegata; ita notarunt Rebuffus in pract. benefic. in forma noua pronisio. verb. Amoto qualibet illicito detentore, March. decis. 100. p. 1.

In Hispania ex Bullis concessis in fauorem Potentissimi & Regis nostri Philippi à Summis Pontificibus felicis recordationis Pio V. & Gregorio XIII. qui faciunt eum protectorem Sacrosancti Concilij Tridentini; credo, quod seruatur idem, quod in Gallia, & quod causa contra turbantem remittitur Ordinarijs, & super hoc dantur rescripta in Supremo Consilio; & de iure communi, Abbas, & Ioann. Andr. in dist. cap. quarenti existimabant, quod perfecta executione, si aliquandiu pacificè possidebat impetrans, erat extincta iurisdiclio Delegati, aut executoris, non obstantibus dictis clausulis, ob quas moti fuerunt supradicti omnes, & etiam seruare Curiam affirmat Stapulius in tractatu de litteris gratiæ, & iust. tit. de vi, & effectibus clausul. fol. 130. in paruis.

Ex

Ex quibus inferuntur, quod meti executores cum clausula (Ceterum) quæ solet 1. de stylo dari pensionario in reservatione pensionis, vel presentantibus gratias coram Auditore Camere in hoc Regno stante forma Sacri Concilij Trident. de qua supra, non poterunt post præfatam executionem, iurisdiclionem exercere, licet in fauorem Ordinarij contrarium aliquando de facto obseruetur. Id tamen intelligo contra contradicentes de iure, contra quos in prima instantia debet recurri ad Ordinarios, contra verò turbantes de facto non erit inconueniens, si procedat extra iudicalem compulsionem, quando clausula facit perpetuitatem. Hæc Riccius.

Quam doctrinam de verbo ad verbum, transcripsit Riccius 1. ipse à Flores de Mena, qui ea omnia dixerat variaturum. quæst. 4. à num. 60. cum sequentibus. Hoc tamen Authore tacito, qui quidem in hismet terminis dicit, causam iam missi in possessionem, & postmodum turbati remittendam esse Ordinario, ex dispositione Concilij Tridentini, eum clatè perueniat prima instantia hoc in casu ad illum pertinens, quippè iam cessauerit iurisdiclio Delegati, & ita practicatur quotidie in hoc Supremo Consilio Regio, atque inconstantè obseruetur; proxi ex dicto Flores de Mena, latius videre poteris loco citato, & iterum in g. 12. num. 100. ad fin.

Fulcitur, quoniam clausula, Defendus inducitur, non operatur postquam 1. immittitur semel pacificè possedit, ne derogetur Ordinarij iurisdictioni, idèd si molestarer postquam fuit inductus; via Ordinaria est agendum, & molestans coram suo Ordinario erit conueniendus. Quia hæc clausula amplius non habet effectum, nec conseruat iurisdiclionem executoris Delegati, vt superius latè diximus, & probant insuper Stapulius de litter. gratiæ, fol. 97. pag. 2. vers. Sequitur postmodum, Marchef. de commission. p. 1. pag. 939. num. 177. Campan. diuersorum iuris Canon. n. 11. c. 12. n. 283. Cardin. Tusch. practic. conclus. tom. 1. lit. C. conclus. 18. n. 1. vbi n. 2. subdit Rebuffus in forma noue pronis. in verb. Defendus inductum, retulisse quod in Francia nihil operetur, quia Iudices Ordinarij post executionem factam sunt audiendi, quod & in Hispania idem obseruari ex dispositione Concil. Triid. ne deterior fiat eorum iurisdiclio, diximus sup. à num. 29. cum segg. Atque idèd, vt hæc clausula operetur post inductionem, missionem factam per executores in præiudicium iurisdictionis Ordinariæ, debet commissio, qua prædicta clausula apponitur, subiecti propria manu Sanctissimi, aliter à Senatu causa nouæ molestiæ & turbationis, remittenda erit Ordinario, ad quem de iure pertinet cognitio, ex superius abundè comprobatis.

Fulcitur deniq; ex eo, quod si post immisionem 1. factam, ex l. fin. C. de edico diu. Adrian. vel virtute litterar. Apostolic. alius compareat cum alio testamento, vel alias litteras Apostolicas, aliòve pari stylo: nullatenus audiat in via executiua, sed in via Ordinaria, & in iudicio & foro competentè Ordinario, quia iste iusto titulo possidet, Iudice Authore iurè & rectè procedente, & mediante sua possessione effectus est reus, cuius fors est seruandus, & attendendus; ita tenent Bart. in l. fin. C. de edendo diu. Adri. & ibi Alexand. num. 23. Alacric. num. 14. Angel. col. penult. Beneintend. decis. 83.

n. 5. & 6. Berouus conf. 54. num. 3. lib. 2. Roland. conf. 78. num. 27. lib. 3. sequitur Zucardus in dist. l. fin. n. 374. Menoch. de adpisc. remed. 4. n. 565. & videtur sentire Peregr. de fideicom. ar. 48. n. 23. Mohedan. decis. 13. vt lite pendet. Caputaq. decis. 329. p. 1. Pateus decis. 131. lib. 2. & fuisse decisum in vna Reatina. bareddi. 4. Iunij 1599. coram Iusto, testatur Casat Argelius de legitimo contradic. g. 2. ar. 3. per totum. & signanter à n. 123. & segg. atque etiam à n. 133. in ea fuisse dictum; quod si iudex comparentem ex alio etiam posteriori testamento post immisionem factam 1. admiserit in via executiua, & eum immiserit; Prior erit manuteneendus in sua anteriori immisione, & possessione, eò quod ab ea non potuit effici, nisi in via ordinaria auditis & victus vt reus necessarius, qui Casat Argelius latiori manu tractat de his omnibus videndus in toto dicto ar. 3. itaque quoties semel fuit quis à iudice missus in possessionem alicuius rei ritè & rectè procedente; quidquid postmodum contra eum alius insurgat in possessore, aut pttorio, conueniendus erit in suo foro competente, & cora suo Ordinario non aliàs.

CAPVT XIX.

Impetrata commissione ob recusationem Ordinarij, postmodum (re tamen integra) decedentis, vel recedentis, an per Senatum causa remittenda erit eiusdem Ordinarij successoris?

SVM MARIVM.

Commissio impetrata ob recusationem Ordinarij, re integra, postmodum recedentis, vel decedentis, an à Senatu remittenda, vt causæ faciat remissionem successoris, à n. 1.

Concil. Trident. præseruans primam Ordinarij instantiam, non sustulit legitimos modos, ad quos de iure ab eo licet recedatur, n. 1.

Recusationis causa legitimus est modus recedendi ab Ordinario in prima instantia, n. 3.

Ex recusatione cessat Trident. dispositio, & per consequens Senatus protectio, n. 4.

Res, quæ semel prohibitionem euasit, semper libera remanet, num. 5.

Res semel alterata natura, semper remanet alterata, num. 6.

Recusationis causa licet cesset, ea mutatione Ordinarij recusati, non tamen eius cessat effectus iam consummatus, & in effectum deductus, n. 7.

Factum legitime retractari nequit, licet casu postea euenerit, à quo non potuit inchoari, n. 8.

Causa superueniens non mutat actum consummatum, num. 9.

Ius semel tertio acquisitum colligitur eo renuente, n. 10.

Commissione facta communi aduersario, ius est acquisitum eidem, & illi impetrans renuntiare non potest, num. 11.

Commissio ob recusationem Ordinarij impetrata, ex huius mutatione, re integra (nempe ante iurisdictionem in Delegato radicatam) retinetur in Senatu remissa causa cognitione Ordinarij recusati successoris, n. 12. & segg.

Recusationis causa cessante cesset ipsa recusatio, n. 13.

F F Recusatio

Recusatio cessat mortuo iudice recusato. n. 14.
Suspensionis causa cessante, cessat suspensio. n. 15.
Quod intelligi si recusationis causa sit personalis, non realis, qua tangat dignitatem, qua etiam in successorem durat. n. 16.
Periculosum est coram iudice suspensio litigare, ibidem.
Periculi causa cessante, cessat quod eius causa statutum est, num. 17.
Recessus ab Ordinario causa cessante, cessat recessus ob eam factus, num. 18.
Commissionis impetranda causa cessante cessat commissio impetrata, num. 19.
Causa cessante, re integra, cessat effectus nondum consummatus, sed dum est in fieri, n. 20.
Suspensionis causa cessante post praeventam iurisdictionem non cessat commissio, nec successor recusati recuperat iurisdictionem, ibid.
Causa cessante non cessat effectus iam consummatus, & ex cuius existentia tertio iam fuerit in questionem, num. 21.
Promissio contentatione alterius facta, ipso re integra, decedente, corrumpit, secus re non integra, & facta acceptatione per donarium, n. 22.
Iurisdictione Delegati nondum praeventa per eius exercitium, res adhuc dicitur integra, n. 23.
Per litterarum praesentationem coram Delegato iurisdictione non dicitur praecipua, n. 24.
Delegatus ante litterarum praesentationem subdelegatus nihil agit, quia subdelegatio actus est iurisdictionis, ibid.
Iurisdictione Ordinarii suspensa per recusationem, cessante per remotionem, re integra, recusati statim ex vi attritu deo iurisdictione ad eiusdem successorem non recusatum, n. 25.
Commissio non efficitur communis adversario, nec ex ea ius acquiritur per impetrationem, nec praesentationem, sed per citationem legitime expeditam, & executam, n. 26.
Secus post eam subsequendam, cui iam commissioni impetrans nequit renuntiare, n. 27.
Commissioni continenti aliquid favorabile alicui, potest re integra, impetrans renuntiare, n. 28.
Commissio post praesentationem, & citationem executam sit communis adversario, cui impetrans non potest renuntiare, n. 29.
Nisi contineat publicam utilitatem, n. 30.
Commissioni consentienti aliquod privilegium, etiam ad commodum tertij potest, re integra, impetrans renuntiare, num. 31.
Commissio non efficitur communis ante praesentationem, & citationem executam, quia non est potest impetrans, etiam inuito adversario, n. 32.
Recusationis causa resoluta recedente, vel decedente Ordinario recusato, re integra, res redit ad priorem statum, & ad successorem recusati in eadem prima instantia, n. 33.
Grammine, quo fundatur appellatio, commissio, & inhibicio, cessante, & resoluta, resolvuntur cetera contententia, & causa ad inferiorum redit, num. 34.
Origine, a qua cetera vin capiunt, & fundamentum, sublata, cuncta corrumpunt, n. 35.
Sublata causa principali tacite intelligitur resoluta inhibicio Rotalis super articulo incidenti emanata, num. 36.
Acquisitione rei renovabiliter ex causa de praterito resoluta, omnia redeunt ad primum statum, ita ut fructus, hypotheca, & alia iura restituantur, num. 37.

Re redacta ad priorem statum in semel consolidatum cessum, seu aliter anisum, renuntiat, n. 38.
De effectibus rei redacta ad priorem statum, n. 39.
remissio.
Appellatione deserta, iurisdictione devolvitur ad Iudicem a quo qui suam exequitur sententiam, n. 40.
Recusatio, & appellatio ad effectum suspendendi iurisdictionem a pari procedunt, n. 41.
Recusationem cessare per mutationem Ordinarii recusati ante commissionis exercitium, ad eiusque successorem devolvi iurisdictionem, determinavit Rota, num. 42. & seqq.
Per comparationem coram recusato tollitur recusatio, & rescriptum eius occasione obtentum, n. 43.
Sententia lata in petitorio suspensa est nulla defectu iurisdictionis, num. 44.
Etsi lata sit super petitorio, & possessorio simul in eadem nulla est, num. 45.
Per comparationem coram alio Iudice competenti, re integra, & ante usum commissionis, huic impetrans renuntiare videtur, n. 46. & 47.
Successori Ordinarii recusati remittitur Senatus causam in prima instantia, non Delegato, qui ante cessum, vel recessum recusati commissionis sibi per recusantem impetrata, non fuit usus, n. 48.
Ab Ordinario ob recusationem licet recedat in prima instantia durante impedimento recusationis, & non sublato, re integra, n. 49.
Omnis dispositio tacitam conditionem habet, rebus sic stantibus, ita ut ab ea recedat nova superveniente causa, num. 50.
Commissio ob recusationem impetrata ante eius exercitium non habet statum perfectum, nec consummatum, sed est, re integra, resolvable, & variationi subiecta, num. 51.
Ex commissione non acquiritur ius tertio, re integra, num. 52.

RECVSATO Ordinario ob legitimam suspicionem causam legitime probatam, & admittam, vni ex litigantibus festinanter praecurrit, & impetrat commissionem a Sede Apostolica, vel alius Iudex Delegatus de causa cognoscat principali, interim tamen, quod, vel impetratur, vel Delegatus iurisdictionem radice, & praevient, accedere a se, ut Ordinarius ipse recusatus, vel decedat, vel ab officio remoueat, cetera altera ex partibus in Senatu hoc Supremo; causam remittendam fore Ordinario successori, allegans, fuisse devolutam, & recuperatam iurisdictionem a successore non suspecto, eod quod cessauerit, re integra, causa recusationis, cum suspectus desierit iam iudex esse.
Questio est admodum celebris, & difficilis.

Et pro hac vltima parte negotia Ordinarii successori remittendam non fore; sed potius iudici Delegato; plura videntur non contentenda fundamenta.
Est primum quoniam etsi per Concil. Trident. sess. 24. de reformat. c. 20. sit Ordinario ita praeservata prima instantia, ut sit prohibita auocatio, & commissionis impetratio. Hoc tamen Decretum non tollit legitimos modos per quos de iure licite, liberetque recedi potest ab Ordinario ipso in prima instantia, Nos late probauimus hac 2. p. c. 5. vlt. Plures tamen alij casus, n. 8. & fere per totum caput, inter quos recusationis causa, & vi legitima, ac principalis connumeratur, pro vt ibidem in eodem c. 5. §. 1. a n. 3. cum seqq. vers. Ex proxima conclusione, vbi

vbi ex causa recusationis Ordinarij liberet permissi impetrari commissionem alteri iudici posse, diximus in prima instantia, quod per totum illum, §. examinauimus.
Ergo semel legitime, & licite facta commissionis impetratione, cessare, dicendum est, prohibitionem Concil. Trid. §. & per consequens Senatus protectio, quoniam res, quae semel prohibitionem euasit, & semper remanet libera, l. pater. §. quindecim libertos. ff. de legat. 3. l. cetera. §. fin. ff. de legat. 1. l. 1. §. res vero. C. de impendis lucris, descript. l. fin. C. de remissione pignori. Atque rei semel alterata natura, & semper remanet alterata. De quibus, & aliis pluribus similibus doctrinis diximus in tract. de Regia procl. 3. p. c. 4. a n. 55. & seqq. Ergo cum huius causae prima instantia semel licite alterata fuit, atque prohibitionem euasit, eiusque natura alterata; semper debet remanere libera, & per consequens per Concilium non prohibita.
Secundo, quoniam licet recedat Ordinarij (quae causa fuit immediata, ad faciendam licitam & impetrationem alteri Iudici, ex supradictis) cessauerit per cessum, vel discessum Ordinarij suspecti, ex text. cum materia in c. cum cessante causa, de appellat. tamen non potest cessare eius effectus iam consummatus, & in effectum deductus, pro vt statim probauimus. Ergo commissio ex causa recusationis iam impetrata cum effectus non debet cessare, cum ex ea iam effectus dicatur consummatus.
Tertio, quia factum legitime retractati non debet, & licet casus postea euenierit, a quo non potuit inchoari, l. non est nouum. ff. de reg. iur. c. factum legitime, eodem tit. lib. 6. ex quibus quidem iuribus regula generalis, velut axiomata deducitur; quod vbi actus est iam consummatus, casus superveniens non vitiat, sed tunc habet locum ea regula, vt quae semel vtiliter & legitime constituta sunt durent, & licet casus euenierit, a quo initium habere non potuerit, pro vt aperte dicitur in l. pluribus, penult. §. cessi placet, vbi Bart. & alij ff. de verb. obligat. & voluerunt Petrus & Bellapert. & Bald. in d. lectura, in l. parte furioso, per eum textum ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris. Bart. in l. ex facto, in princip. col. 4. vers. Vltimo hac lex. ff. de vulgar. & pupil. de quo late per Dinum in d. cap. factum legitime, & Decium in d. l. non est nouum, latissime Tiraquell. in tract. de causa cessante, limit. 12. per totam, & praecipue, num. 15. Ergo licet recusatio Ordinarij, quae fuit causa immediata commissionis impetratae; cessauerit per cessum, vel discessum, aut discessum recusati; non potest tollere commissionem iam in effectum deductam, nec licet cesset causa recedendi ab Ordinario, erit ad illum iterum redeundum.
Quarto quoniam per recusationem Ordinarij semel admittam, & per rescriptum impetratum partibus fuit ius questum, quod eis renuentibus tolli non potest, l. cum a sacro, cum concordantibus. C. de iure dotium, adeo vt ex commissione facta communi adversario, iam inde ius ei questum fuit, & in cuius prauiudicium, nec ipsi impetrans commissioni renuntiare valet, pro vt late inferius probabitur. Ergo in tertij prauiudicium redire non potest causa ad successorem Ordinarij recusati, ac propterea nec per Senatum illi remittenda.
Quibus tamen, & aliis non obstantibus con-

traria sententia his, & in quibus versantur, terminis, & verior, & probabilior est. Imo reuera causa recusationis ad non causam, commissio, re integra (hoc est antequam per eius exercitium iurisdictione delegata fuerit praeventa, & praecipua, ac in persona delegati radicata) subuertatur, & causa redeat ad Ordinarium successorem non suspectum, nec nouiter recusatum, cum causa recusationis cesset tempore, quo adhuc eius effectus non fuerit in esse productus, nec efficaciter consummatus, sed in statu variabili, & resolvable, atque ideo cessante impedimento, prima instantia reuertitur ad terminos Concilij Tridentini pertinentes ad Ordinarium, qui iurisdictionem recuperat eo cessante.

Quae quidem resolutio validis fundamentis nititur; & etiam cessante causa recusationis, ipsam recusationem cessare, probant Speculator titulo de iudice Delegato. §. superest videre, vers. Quid si socius, Albaricus in l. cui eorum. §. affinitates, in fin. ff. de postulando, & in l. affinitatis. C. commun. de successor. Hippolitus de Marfilis in l. etiam si redduibus, col. 2. vers. Vltimus hac lex potest induci. ff. de quasi. idem probat Alexand. §. (qui loquitur in recusationis causa cessante per obitum recusati, vt cesset in successore recusatio) in l. ex facto, in princip. col. 2. vers. item potest induci. ff. de vulgar. & pupillar. Ioan. Andr. & Dominicus in c. si iudex ab Apostolica, de officio Delegati, lib. 6. Tiraquell. in tract. de causa cessante, n. 236. cum duobus seqq. & in n. 245. T quod suspensionis causa cessante, cesset suspensio, atque eius effectus cessare debet.

Quod intelligi si recusationis causa est personalis, & non realis, quae tangat dignitatem, vt post alios Tiraquell. n. 228. vbi quod tunc etiam in successore durabit. Quia quando suspensio fuit causata respectu, & contemplatione dignitatis, & non personae, continuatur in successore recusati, vt expresse probant Capitulus decis. 138. n. 4. Didac. Petre lib. 3. ordinam. tit. 5. de las recusaciones de los Iuzes, q. 17. vers. Præerea confirmatur, tom. 1. fol. 569. & seqq. Paril. de Puteo de Syndicatus, verb. suspensio, & est originalis doctrina Praepositi in cap. cum speciali, col. 12. de appellat.

Atque etiam licet periculum sit coram iudice suspecto litigare, & ex cap. cum inter, de exceptionibus, l. aperitissimi, & ibi Glof. verb. libello. C. de iudiciis, Glof. in l. Prator, verb. cum iustam, in fin. ff. de iurisd. omnium iudic. Tusch. littera S. concl. 910. Aldouinus conf. 20. n. 45. Caucaulus de brachio Regio. p. 3. n. 311. Amatus decis. 142. n. 15. Couarr. pract. q. 26. Tiraquell. de penis temper. cas. 51. n. 88. Ambrosi. decis. 50. n. 54. Giurba decis. 48. n. 1. Tamen periculi causa cessante, cessat quod eius causa statutum est, aut permissum; Bald. & Salicet. in l. 1. per illam text. C. de nautico fauor. Roman. conf. 404. in causa proposita consultationis, col. 2. Philippus Decius in cap. cum cessante, post princip. de appellationibus, Tiraquell. vbi proxime n. 204.

Quare cum recusatio fuerit causa immediata & finalis, & vt pars possit in prima instantia ordinario recedere, pro vt abinde scriptum supra c. 5. §. 1. per totum, & signanter a n. 8. cum multis seqq. de primo ad vltimum sequitur, quod recusatione ipsa cessante, cessat recessus, eiusque effectus, ita vt recessus minimè sit nocuum ordinario, nec partibus, voluit Bald. in

l. Amiliu, col.6. vers. Ista est falsa expositio ff. de minoribus, & l. quaro. § inter locatorem. ff. locati. C. si instituta. & l. si sub hac, ff. de inoffi. so testamento. Tiraquell. vbi proxime n.226.

Et quia cum recusatio fuerit causa penitus necessaria (vt modò diximus) impetrandi rescriptum, per cessationem causæ cessat & ipsum rescriptum, vt ex facto respondit Paulus Patilius conf. 169. nisi considerata dispositione, column. 3. vers. Postremo non obstat, lib. 4. ante quem idem voluit Alexand. post alios in l. ex facto, in principio, col. 3. vers. Extra Glossam oppono. ff. de vulgar. & pupillar. Tiraquell. d. tract. causa cessante, num. 234. qui n. 50. post Bald. in l. 1. §. Consules, paulo ante fin. vers. Item nota ex predictis, ff. de officio Consulis, per l. quæstum, ff. de tutelis, firmat, quod commissionis causa cessante, cessat ipsa commissio.

Quæ regula, & doctrinæ omnes inde deducunt, & tunc procedunt, & habent locum, quando cessauit causa, re adhuc integra, ita vt eius effectus non sit in esse deductus, nec iam consummatus, sed in fieri, provt latissime Tiraquell. de tract. de causa cessante, limit. 12. per totam, & n. 1. in fin. ita ait, ex quo notat immola in 2. notabili, quod extincta causa non perit iuris effectus in esse deductus, secus si sit in fieri (vt ipse loquitur) & res sit integra.

Et in terminis quod suspicionis causa cessante, stante effectu iam consummato (hoc est post præsentiam per Delegatum iurisdictionem vt statim) non cessat recusatio in iudice successore recusat; sed imò quod iudex nominatus ad cognoscendam prolequatur causam, elegans est decis. 719. Vincentij de Franchis vbi allegat Didac. Perez in lib. 3. ordinam. tit. 15. de las recusaciones de los juezes, q. 15. fol. 569. tom. 1.

Et quod cessante causa, non cesset effectus iam consummatus, & in esse deductus, atque iam perfectus, & ex quo ex existentia causæ iam alicui perfectæ, & legitime ius fuit tertio quæsitum; probat post Tiraquellum, & alios plurimos DD. & doctrinas Viarias Castillo controuers. tom. 3. cap. 15. ex n. 4. cum multis segg. & tom. 4. c. 60. à n. 50. cum segg. & in addit. ad idem c. 60. Antonius Amato variat. resolut. 2. p. resolut. 65. à num. 51.

Qui quidem Castellus loco proxime citato n. 53. post Menochium in conf. 421. sub n. 52. vers. Non obstat, & duobus numeris seg. Cælar Barci. decis. 79. n. 51. & 52. firmat, quod facta promissio contemplatione certæ personæ, vel Legatum promissum ipsi personæ contemplata cohæret, qua extincta dicatur etiam extinguat promissio; procedit ante ipsius Legati, aut rei promissæ acceptationem, & acquisitionem, & sic re integra, postmodum verò secus.

Quare cum ante iurisdictionis exercitium iudex Delegatus in virtute impetratæ sibi commissionis non præuenit iurisdictionem, nec illam præoccupauerit, adhuc res est integra, necnon ante effectus consummationem & perfectionem, text. in c. quamuis, 6. & in c. si Delegatus, de Officio Delegati, lib. 6. text. in c. fin. de officio Delegati, c. relatum eodem tit. l. 2. §. 4. p. 3. de quo Nos abundè supra hac 2. p. cap. 12. vers. Ex quo falsa redditur, à n. 36. cum segg. vbi etiam quod nec per ipsarum litterarum præsentationem factam coram Delegato præuentionem dicitur, & præoccupata iurisdictione; nec res de-

19 necessaria (vt modò diximus) impetrandi rescriptum, per cessationem causæ cessat & ipsum rescriptum, vt ex facto respondit Paulus Patilius conf. 169. nisi considerata dispositione, column. 3. vers. Postremo non obstat, lib. 4. ante quem idem voluit Alexand. post alios in l. ex facto, in principio, col. 3. vers. Extra Glossam oppono. ff. de vulgar. & pupillar. Tiraquell. d. tract. causa cessante, num. 234. qui n. 50. post Bald. in l. 1. §. Consules, paulo ante fin. vers. Item nota ex predictis, ff. de officio Consulis, per l. quæstum, ff. de tutelis, firmat, quod commissionis causa cessante, cessat ipsa commissio.

finit esse integra, abundè videbis, & plurimos referet Giurba in conf. 59. num. 101. & segg.

Et in tantum ante commissionis presentationem defuit in Delegato iurisdictione; quod si eo tempore subdelegauerit, nihil agit, & in Subdelegato ad eundem notorios defectus iurisdictionis, Rota in una Ferrariens. Societatis coram Penna n. 1. vbi plurimi DD. & Rota, decisiones recensentur, quam adducit Marchesani de commiss. nullitat. Senat. post §. 1. part. 3. tom. 3. fol. 22. & ratio est, quia Delegatus subdelegando vtitur iurisdictione, Giurba conf. 79. n. 16. Surdus conf. 429. n. 57. qua Delegatus caret penitus ante litterarum præsentationem realem.

De qua commissione ante iurisdictionis exercitium, & præoccupacionem, idem iudicandum erit, ac si impetrata nondum fuisset, & effemus eo in statu priori, quo accedente morte, vel remotione Ordinarij suspecti, successor non suspectus venit, ad quem sublato recusatationis impedimento statim, & ipso iure iurisdictione deuoluitur ex vi attractiua, non ex vi acquisitiua, provt abundè probauimus supra hac 2. p. d. c. 12. vers. Deinde, quia cum iurisdictione Ordinarij sit naturalis à n. 52. cum segg. Et sursum, nec tunc adhuc ablata intelligitur ad Ordinario iurisdictione c. audita, de rescri. spolia. Innocent. in c. cum in iure peritus, de officio Delegati, Bald. in l. 1. C. vt lite pendens. Roman. conf. 353. G uido Papa decis. 286. Azueu. in l. 10. n. 25. tit. 13. lib. 8. Recop. Anna allegat. 24. n. 2. Franch. decis. 326. n. 1. Rota Auinionen. decis. 69. n. 4. Cauat. decis. 11. n. 8. 1. p. Burlat. conf. 74. idem Franchis decis. 393. Giurb. conf. 59. n. 101. igitur, re integra, cessante causa recusatationis, debet cessare eius effectus nondum perfectus, consummatus, nec in esse adhuc deductus.

Et in tantum res hæc adhuc est integra, quod ante rescripti presentationem, & ante citationem eius virtute expeditam, & inintamatum aduersario, isti non efficitur rescriptum commune, nec ei ius ex eo acquiritur; imò cum adhuc res sit integra, illi potest impetrans renuntiare, eoque non vti, etiam aduersario renuente, locus si post citationem intamatum, præuentamque & præoccupatam iurisdictionem, quia tunc iam commissio efficitur communis, & ius tertio adquisitionem, resque definit esse integra; atque per consequens aduersario, cui semel ius fuit quæsitum inuito, renuntiare, & pœnitere impetrans non potest, vt secus sit re adhuc integra, ante citationem iuxta opinionem, quam passim sequitur Rota vt in decis. 317. n. 1. p. 2. in Recent. & in Burgens. de Agi. coram Litta. impressa penes Marchesani de commiss. tom. 1. fol. 171. latissime post plurimas Rotæ decis. videndus Olier. Beltramin. in annotat. ad Alexand. Ludouisi. decis. 552. num. 7. vbi contra illammet decis. quæ videtur insinuare, post præsentationem effici commissionem communem, vt non solum requiritur presentatio; sed & simul emanata citatio, & executiua, vide plurima per eundem in hac materia, vbi etiam limitat sub dict. num. 7. & circa hoc requisitum citationis actualiter exequutæ, plurima videre poteris supra cap. 12. à num. 36. cum segg.

Vbi etiam ipse Beltraminus hanc doctrinam extendit, & vt procedat etiam li commissio esset impetrata à signatura gratiæ, & in ea contineretur

tineretur aliquid, quod esset etiam fauorabile alteri parti, vt nihilominus possit impetrans commissioni renuntiare ante executam citationem, vt in d. decis. 317. n. 2. & per aliam decisionem Rotæ, quam allegat ipse Beltraminus videndus, & quod requiritur simul citatio, & presentatio, probat Rota, vt per Farinac. in posthum. tom. 1. decis. 705. num. 8.

Vt etiam probat eleganter Hercules Marefcot. & variat. resolut. lib. 1. c. 20. à n. 10. & segg. in hæc: Efficitur autem commissio communis post presentationem, & citationem aduersarij ad dicendum contra, & non ante, quia communis conclusio DD. est, quod impetrans rescriptum, quod non publicam, sed priuam respicit vtilitatem, ante citationem possit pœnitere, & non vti; quo fit, & vt neque aduersarius inuito impetrans possit huiusmodi rescripto vti, tum quia ante citationem non consideratur interese eius, contra quem rescriptum impetratum est, tum etiam quia rescriptum quod ad fauorem impetrantis principaliter est concessum in eius odium, & præiudicium redundaret, l. quod fauore. C. de legibus, ita firmat Hostiens. in c. ex conuassatione. n. 6. de rescri. spolia. quem ibi ceteri sequuntur, Ioan. Andr. num. 5. vers. in sine quæro. Immo sub n. 9. Buttr. n. 12. vers. Hostiens. conclus. Anchast. n. 16. lat. in l. 3. in princip. n. 12. & ibi Riminald. d. n. 3. ff. quod quisque iuris. Bald. in l. postquam liti. n. 14. C. de pactis. Felinus in rubrica, de rescript. n. 3. Arctinus consil. 23. n. 3. post medium, & hanc esse communem opinionem attestant Innocent. & Abbas in d. c. ex conuassatione. Decius in d. l. 3. in fin. princip. & tenuit Rota in vna Salamantina pensionis 13. Ianuarij 1584. coram Bubaldo, in qua fuit dictum, hoc procedere, etiam si rescriptum & contineat aliquod priuilegium non solum ad fauorem impetrantis, sed etiam ad commodum tertij, vt expresse tenet Anchast. in d. c. ex conuassatione. n. 9. & ibi Imola n. 9. Hostiens. col. 9. in fin. Ioan. Andr. col. 2. in fin. Buttr. in col. 13. Abb. num. 1. hæc Marefc.

Et hanc decisionem Salmant. per Marefcotum citatam ad litteram refert Marches. de commiss. in part. p. 1. c. 3. n. 48. fol. 172. & videnda erit ad idem decisio subsequens ab eodem Marches. ibidem adducta.

Et quod non ante presentacionem commissionis, & sed post eam & citationem intamatum commissio non efficitur communis, quominus impetrans aduersario inuito possit pœnitere, ea non vti, & renuntiare, bene probant Felin. in Rubrica, de rescript. num. 9. Sigismund. Scaccia in tract. de appellat. lib. 3. c. 2. q. 14. n. 46. ante fin. vers. Declarata, 2. Gatian. discept. forens. tom. 1. c. 15. n. 2. & c. 2. n. 10. late etiam per eundem Sigismund. Scac. in tract. de sententia & re iudic. gloss. 14. q. 29. à n. 5. & segg. & à principio.

Igitur dum res adhuc est integra, & iurisdictione non nondum præuenta, & nec præoccupata à iudice Delegato, si causa recusatationis resoluatur, res redit ad suum priorem statum, & successor Ordinarij non suspectus, suam iurisdictionem ipso iure recuperat in prima instantiæ statim, quod impedimento fuerit remotum ex supradictis.

Quod insuper fulcitur ex ea doctrina, quam DD. & deducunt ex text. in c. cum cessante causa cesset effectus, de appellat. quod reuocato grauamine per inferiorem, quod fuit causa ap-

pellationis, & super ea commissionis impetratio appellatio, & commissio, necnon gesta per iudicem commissionis virtute resoluuntur, & euanescent, vt cum Boët. Lancel. & Scaccia diximus de Regia protectione, 1. c. 5. à n. 20. n. 78. & à n. 74. n. 42. & 91. & iterum 2. p. c. 17. n. 24.

Quibus rectè consonant, quæ longa manu concessimus in eodem tract. 4. p. cap. 14. cum multis segg. scilicet, quod origo, à quo cetera vim capiunt, semper attenditur, & quod vitium in origine rotam massam contumpit, & quod sublato fundamento superædificari nequit, seu totum contruic ædificium, vbi à n. 12. cum segg. probatur, vt omne quod actus sui natura variabilis, & resoluibilis nititur, actu sublato, aut aliàs deficiente, omne supra fundatum corruit, & euanesceat.

Quibus addo optimâ decisionem Rotæ Alexand. Ludouisi. 418. à principio, 1. vbi quod sublata causa principali, tacite censetur sublata, & resoluta inhibito Rotalis super articulo incidenti emanata.

Et de acquisitione rei reuocabiliter ex causa de præterito, & de eius effectibus, vt restituantur fructus, hypothea, & alia iura, quæ adquisita antea habebat, quia res redit ad suum priorem statum cum omni causa anteriori; videndi sunt Gratianus disceptat. forens. c. 271. à n. 37. & huiusmodi Tiraquell. de retrahat. lignagier. §. 1. gloss. 7. à n. 69. cum segg. & supra, exactè etiam Martiengo in l. 7. gloss. 1. à n. 40. & à n. 45. vbi mirabiliter, & in optimo casu Oliueus Beltramin. in annotat. ad Alexand. Ludouisi. decis. 157. à n. 24. & decis. 227. per totam, Mantica de contrahit. lib. 4. tit. 10. n. 16. & segg. Rodrig. de annis reditibus, lib. 1. q. 13. à n. 8. copiose, & latissime videndus Giurba decis. 63. per totam, & hi tres vltimi bene tractant, & vt etiam re redacta ad priorem statum, ius semel consolidatum, cessum, seu amissum reuiuifcit, apud quos præcipue Giurbam multa seu dignissima ad propositum videbis.

Et de effectibus, & natura tunc redactæ ad priorem statum, & videndus Micres de maioratu, 1. 39. p. q. 58. à num. 184. & à num. 209. plurima etiam Nos concessimus in tract. de Regia protecl. 4. part. cap. 14. per totum.

Vnum tamen simile fundamentum non omitam; & nam licet à sententia lata appellatio emissa, & à iudice delata tollat, & suspendat eius iurisdictionem ex iuribus vulgaribus; tamen si re integra, appellatio fiat deserta ob non prosecutionem intra terminum; iudex à quo ipse potest causam reassumere, & ad eum deuoluitur iurisdictione sublato impedimento, quo erat suspensa, & potest suam sententiam exequi; ita eleganter Philippus Franchus in cap. ad aures, 33. sub num. 1. de appellat. quibus, & in cap. 3. cum appellat. quibus. §. si vero, num. 3. in fin. de appellat. in 6. late & optimè explicat Sigismundus Scaccia in tract. de appellat. q. 11. à num. 167. cum segg. ad quod etiam B. doctrina in l. à Dino Pio, à num. 15. ff. de re iudicata, & in l. precipimus. §. officio, num. 2. vers. Breuiter. C. de appellat. Vetrinus in praxi, lib. 8. cap. 8. in num. 9. vers. Sed dices. Franchus in cap. ex ratione, n. 76. vers. Quod autem si iudex de appell. Rebuff. in tract. de sentent. executionis, art. 7. gloss. 9. sub n. 6. Milfinger. in singul. obser. Centur. 5. obseruat. 95. in causis. Mandolus in formul. commiss. in commiss. 23. executor. in verb. ob non prosecutionem, Ff 3 fol. 125.

fol. 125. Papienf. in pract. in form. appellat. à sentent. diffinit. in glos. causis, & rationibus, sub num. 3. fol. 426. Ergo à fortiori idem erit dicendum in impedimento recusationis, re integra sublato; maxime cum ad effectum suspendendi iurisdictionem indicis recusatio, & appellatio à pari procedat, Franch. in cap. nouit. 43. n. 4. in fin. de appellat. Felin. in c. 1. sub n. 6. col. 3. in iudicio. Scac. de appellat. quest. 16. limit. 1. n. 7. & 8. Brunor. à Sole in locis communib. verb. appell. 30. Augustinus Barbof. in locis communib. loco 96. n. 2. & est text. in l. apertissimi, vers. Cum post. C. de iudiciis, c. super eo, el. 2. de appell. & propter eam de appellatione ad recusationem, & è contra recte formatur argumentum, Barbofa vbi proxime, n. 1. Boëtius decif. 169. n. 3. Gutierrez pract. lib. 1. quest. 94. n. 4. Morla in empirio iuris. part. 1. tit. 2. quest. 11. num. 4.

Pro quibus omnibus duas reperi Rotæ decisiones, & quæ in istis ferè terminis loquuntur, prout in una Viglenan. iurispatronatus 17. Iunii 1605. coram R. D. Lugdunense in hæc: Roubescala tulit sententiam suam post inhibitionem emanatam à Vicario Papiensi, & ab Auditore Camere, idèque attentata fuit, & nulla, cap. non solum, de appellat. in 6. Rota decif. 20. de appellationibus, in nouis, cum vulgari: nec obstat quod Vicarius Papiensis fuerat recusatus, & per eius recusationem causa commissa Reufescalæ; nam illius Vicarij recusati persona fuerat mutata, & sic cessante causa suspensionis, Balista, qui Roubescalæ causam obtinuerat committi; adiuit nouum Vicarium, & coram eo introduxit causam antequam Roubescala præsentasset rescriptum, quod facere potuit. Hostiens. in cap. ex conuisione, col. 2. in princip. vers. Tu vero dic as, & ibi Abb. num. 10. de restitut. spoliarum. Felinus in rubrica, de rescriptis, num. 3. Itaque per non vsum rescripti, & per reditum ad forum recusatum, post recusationem Balista censetur renuntiasse recusationi, & rescripto, occasione eius obtento; & per consequens Reufescala vigore dicti rescripti procedere non potuit maxime post emanatam ab illo nouo Vicario inhibitionem, & etiam ab A. C. coram quo causa fuerat per appellacionem introducta; fuit etiam nulla prædicta sententia, & quia lata in petitorio pro parte suspensio; & sic sine iurisdictione. Rota decif. vltima, de testibus, in nouis. Puteus decif. 171. n. 1. lib. 1. & licet lata sit super possessorio, & petitorio; tamen in totum nulla est, Caputaquenf. decif. 143. p. 3. & c. quæ decifio est apud Prosperum Farinac. 141. tom. 3. fol. 127.

Alia est etiam Rotæ decifio in eadem causa Viglenanens. iuris patronatus, & postmodum edita 19. Martij, anni 1608. quæ sicut in hæc: Domini vtraque parte informantæ præsterunt in decif. coram R. P. D. meo Marquemontio, sententiam Roubescalæ esse attentatam, & nullam rationibus, de quibus in decisione, &c. Non obstat, quod dicitur, causam fuisse per Breue speciale Roubescalæ delegatam: quia aduersarij non sunt vbi hæc commissio; imò illi remanuerunt, aduocando nouum Vicarium Papiensem ante præsentacionem commissiois coram Roubescala, citauerunt enim Michaëlem coram nouo Vicario ad videndam causam coram eo de nouo introducti, & obtinuerunt Notarium, & Cursores, licet postea coram eodem comparuerint; pro re-

uocatione inhibitionis, & hinc resultat etiam nullitas sententiæ Roubescalæ, quia sine iurisdictione etiam iudicauit. Non obstat quod opponitur, inhibitionem Auditoris Camere emanasse sub falsa narratiua, quod Balista, & licet confortes appellassent à quadam declaratione Arbitrorum, nec curarent causam committi, quia de appellacione apparet, & c. quæ decifio est apud Alexand. Ludouic. decif. 360.

Ex quibus mirabilibus decisionibus vnum notabile ponderabis, & quod per comparitionem legitime factam coram alio iudice competente renuntiare censetur impetrans commissioi, re integra, hoc est nondum eius virtute iurisdictione per citationem exequutam præuenta, & repudata efficaciter in persona Delegati, si que non solum expresse potest impetrans, re integra, commissioi renuntiare inuito aduersario, vt superius diximus; verum etiam tacite recurrendo re integra, coram alio iudice competente.

Quibus suppositis concludendum esse censeo in hac mirabili questione, & vt quoties ob recusationem recedatur ab Ordinario in prima instantia, & commissioe iam alteri impetrata, si re integra, hoc est, antequam Iudex Delegatus præueniat, & præcepauerit suam iurisdictionem, & causam, fuerit sublata recusatio per cessum, vel discessum Ordinarij recusati, quod successor eiusdem causam in prima instantia inducib. recuperat, atque ad terminos Concilij Trident. ses. 24. de reformat. esse redactam, & c. propter eam quod Senatus additus pro eius protectione illi Ordinario successori, non verò Delegato causam remissurus, commissioe recitata.

Ex quibus fundamentis pro hac parte consideratis manifestè colligitur responsio ad argumenta in contrarium deducta, quæ non obstant, vt vides; non primum, nempe ob recusationem legitime factam licite recedi ab Ordinario in prima instantia, quia procedit rebus sic stantibus, & in eodem statu permanentibus, non tamen quando re integra patitur alterationem, & mutationem causa finalis, & fundamentum commissiois.

Cum omnis actus in qualibet materia habeat hanc & tacitam conditionem, rebus sic stantibus, ita vt si noua causa superueniat, recedatur à dispositione, quod axioma latissime extornat Castillo controuerf. tom. 4. cap. 59. per totum, vbi plurima notabilia in proposito videbis.

Ad secundum autem argumentum, & tertium responderetur, & quod ipsorum doctrinæ bene compatiuntur cum nostro casu, & resolutione, vt pro hac parte superius fuit plenè consideratum, quoniam nos non sumus in causa producente effectum perfectum, & consummatum, atque in esse iam productum; sed omnino diuerso, re adhuc integra, & in statu imperfecto resolubili, & variabili.

Nec obstat quantum de præiudicio iuris tertio iam quæsitio, & quoniam re integra, non datur interesse aduersarij, nec illi ante commissiois præsentacionem, & eius virtute intimatam citationem ei aliquod ius queritur; sed imo potius eo inuito potest commissioi renuntiare impetrans, & ea non vti; vt hæctenus abundè probatum est.

CAPVT XX.

Dum in Senatu (ad quem literæ monitoriales in prima instantia à Rota emanatæ fuerunt allatæ) articulus remissionis Ordinarij disceptatur, si per contradictas in eadem Rota causa insuper prosequatur: an executoriales sic obtentæ sub remissionis, & retentionis Decreto comprehendantur?

SVM MARI VM.

Retentionis monitorialium è Romana Curia emanatarum in prima instantia recurfu pendente, executoriales per contradictas insuper obtentæ an sub retentionis Decreto lato per Senatum, vel ferendo comprehendantur, à num. 1.

Executoriales obtentæ non comprehenduntur sub dispositione cap. causæ omnes, pluries S. Congregatio & Rota declarauerunt, n. 2. vide n. 72.

Citandus, qui non patitur ad se peruenire citationem, vel impeditur, dicitur verè contumax, & habeat pro citato, num. 3.

Contra recurrentem ad Concilium Regium pro impediendis monitorialibus proceditur in Rota per iudicium contradicendum, & executoriales expeditantur quomodocumque constet, recurrentem habuisse noticiam citationis faciendæ, n. 4.

Marchesani obseruatio referunt, quod in Rota proceditur in principali, confilio, quod citandus per Concilium Regium Hispania executionem monitorialium impediunt, eo quod habeat in Rota pro citato, num. 5.

Referunt ad idem Rotæ decifio expressè, n. 6. In odium recurfu ad Concilium Regium utentis in Rota admittitur omnis interpretatio ad fauorem alterius, ita vt simplici copia fidem adhibeat, num. 7.

Auxilio Consilij Regij impediens, quominus citetur, habeat in Rota pro citato, n. 8. Contra habentem noticiam citationis proceditur in Rota, vti verè citatum, n. 9.

Propter impedimentum à citando præstitum adhibetur in Rota simplici copia fides, n. 10. Et etiam testibus nulliter examinatis, n. 11.

Monitorialibus, & remissorialibus ablati vigore prouisionis Regiæ, Rota dat fidem probationibus informiter, & nulliter factis, n. 12.

Testes nulliter, & sine citatione examinati fidem faciunt in preiudicium impediens, quominus valide examinentur, num. 13. & 14.

Ad assentatorum reuocationem non denegandum, nisi actus transportatis sine quibus iurisdictione non dicitur appetera iudici, n. 15.

Acta habeantur in Rota pro transportatis, præstito impedimento per Concilium Regium, ne transportentur, in odium recurrentis, n. 16.

Senatus agere fert tam malitiam dolosam actoris, quam rigorem Rote procedentis in causa per contradictas, pendente recurfu ad illum super examine, an monitoriales percutiant primam instantiam Ordinarij, num. 17.

Et ob id retinet executoriales, sic contra recurrentem indefensum expeditus, & causam remittit Ordinario denouo in prima instantia tractandam

ibidem, & num. sequentibus.

Regi iure naturali pertinet suorum subditorum vt oppressorum protectio, num. 18.

At etiam Concilij Trident. prescriptio ex Bullis Pontificalibus, num. 19.

Reuentia Bullarum reuenter, & debito modo facta Regi permittitur ex Bulla in Causa Domini, num. 20.

In Senatu dum disceptatur, an monitoriales in prima instantia emanata percutiant Trident. principalis causa debet conquiscere, n. 21.

Dum disceptatur super eo, in quo terminus est appositus, iste non currit, sed suspensus manet, n. 22.

Citando, seu citato non currit terminus ad comparandum contentus in monitorialibus, dum in Senatu disceptatur, an percutiant Trident. n. 23.

Recurrentis nequit præuenire malitiam aduersarij, quod dum monitoriales sunt in Senatu (qua de necessitate sunt reproducenda) causa in Rota contra eum indefensam, & interdum non citatam sit procedendum, num. 24.

Nec interim recurfu pendente potest dici contumax, ibidem.

Impedimentum legitimum habens ad se presentandum Sedi Apostolica de iure excusatur, n. 25.

Causam legitimam habens literis non parentis, nec dicitur contumax, nec censuras earum incurrit, num. 26.

Impedimentum proueniens ex factis Principis excusat, num. 27.

Ad Regem confugiens nec dicitur contumax, scilicet nec fugitiuus, num. 28.

Nec ob id debet molestari, num. 29.

Recurfus ad Regem pendens est legitimum impedimentum, vt terminus à iure, vel iudice datus in causa principali suspendatur, n. 30.

Executoriales obtentæ in Rota, termino monitorialium per recursum pendente suspensio, nulla sunt ipso iure, num. 31.

Executoriales in Rota nulliter obtentæ nullam præstant impedimentum, num. 32.

Text. in Clem. causam de electione Clement. 2. vt lite pendente cap. quoniam frequenter. 8. porro, vt lite non contestat quibus Rota rigor fundatur, interpretantur, vt procedant, quando citatio impeditur de facto, & auctoritate propria, non de iure, & auctoritate publica, lege permittente, num. & seqq.

Dispositio tollens contradictionem, aut impedimentum, intelligitur de impedimento præstito de facto, non de iure appertente viâ ad illud proponendum, n. 24.

Comparens coram iudice non dicitur contradicere de facto, num. 33.

Clausula (contradictores compescendo) intelligitur de contradicente de facto, & auctoritate propria, non verò de iure, & auctoritate publica, n. 36.

Clausula (appellatione remota) intelligitur contra impediens de facto, non de iure, n. 37.

Clausula (amotio quolibet illicito detentore) tribuit iurisdictionem contra contradicentes de facto, non de iure, num. 38.

Recurfu ad Regem omnes oppressi Prelati, & Religionis indistinctè frequenter videntur, n. 39.

Recurrentis vbi libet inculpabilis, & excusatus haberi debet, cum faciat actum iure licitum, vel saltem publicè vtitur, num. 40.

Obseruantia publica excusat, & facit actum licitum, alias de iure illicitum, n. 41.

Consuetudo etiam iniusta excusat, num. 42. & seqq. etiam si proueniat à principio iniusto, n. 43.